Eiusdem Lucrum

Super citationem literalem Castrensem Capitan Branscensem tenoris talis Franciscus Joannes in Kloczow Lesnowolski Branscensis etc Capitaneus Tibi Nobili Stanislao olim Francisci Dworakowski ex omnibus bonis tuis Rigore Regio et nostra Capitaneali authoritate mandamus ut coram officio nostro in Terminis Querellarum ad causarum officij Capitan Castren Branscen feria secunda post datam praesentis citationis prius et prox in Curia Regia Branscensi cellebran praesentis et peremptorie compareas. Ad instantiam Generosi Alberti olim Mathiae Grodski qui te citat ad Inscriptionem tuam Castrensem Branscensem qua mediante submisisti et inscripsisti te Nobili Andreae Dworakowski certi et liquidi debiti summam sex floren poloni pro tempore certo in Inscriptione specificato sub vadio similis summae solvere ac per eundem Nobilem Andream Dworakowski moderno Actori coram Actis hisce cessi et recognit eundem praefatam non solvisti nec restituisti summam per quod in vadium in eadem Inscriptione appositum incidisti ad quod super te una cum restitutione summae essentialis citaris Juste sis responsurus et Terminum attentaturus. Datum in Curia Regia Branscensi feria secunda post Dominicam Misericordiae proxima Anno Domini Millesimo Sexcentesimo Quinquagesimo Cuius quidem citationis praeinsertae copiam sigillatam Ministerialis Regni Generalis Providus Joannes Siekacz ab una integra ante suum Terminum septimana in bonis Dworaki citati proprijs posuisse et publicasse recognovit. Memoratus Actor suprascriptam citatum Ad officium praesens per Ministerialem Generalem Regni Providum Balthazarum Piotrowski iuridice clamat et non comparen ex Regestri ordine admissioneque officij praesentis in lucro suo pro toto Juste condemnavit.

Grochowski Reinductionis Lucrum

Super citationem literalem Castrensem Capitan Branscensem tenoris in haec verba currentis Franciscus Joannes in Kloczow Lesnowolski Branscen etc Capitan Tibi Nobili Petro olim Sebastiani Plonski de Plonka Mazyski tibi Innotescimus secundo Ministerialem Michaelem olim Alberti Grochowski coram nobis seu officio nostro graviter querelasse ideo Quia tu eundem conquerentem de totalibus et integris bonis immobilibus in bonis